

- data. Gruter, Inscr. p. 1168; Mai, Scr. nova coll. V, 116. 117; Troya 543. 544.
- Olonnae in eccl. S. Anastasii. Inscriptio de Liutprando rege, ut credunt, agens. Gruter, Inscr. p. 1168 Mai, Scr. nova coll. V, 5; Troya 565.
742. Ind. 10— Spt. 1—11; Liutprandi a. 30— Iun. 10—31; Hildeprandi a. 7. 8.
- Febr. Beneventi in palatio. Godeschalc dux (Beneventanus) iudicatum facit inter Rinconem, Reparatum, Rodonem, Leonem et Dominusdedit abbatem de casalibus in loco Sapione sitis; Dominusdedit causam obtinet. Reg. S. Sophiae III, 31; Ughelli, X, 433; Troya 548. 134
- Mai. 8. Mediolani. Theopertus donat basilicae S. Ambrosii (casam) 'cum area curte' ceterisque rebus appertinentibus in fundo Brisconno sitam, ea conditione, ut ipsi dum vivat victus ab ecclesia S. Ambrosii praebeatur. 'Regn. d. n. Liutprando a. XXX. et d. Ilprando a. VII . . . ind. XIII'. (Porro-Lambertenghi chartam a. 741. ascripsit). Ex apogr. arch. dipl. Mediol. ed. Fumagalli, Cod. dipl. S. Ambr. p. 20; Troya 549; Hist. patr. mon. XIII, 10. 135
- Spoleti Liutprandus rex Transamundum II. ducatu privatum clericum fieri iubet. PD. VI, 57; Lib. pont. V. Zachariae cap. 5 ed. Vign. II, 62.
- In finibus Spoletinibus apud Interamnam Liutprandus rex residens Zachariae papae advenienti Grimualdum obvium mittit. Lib. pont. II, 63.
- Ante Sept. 1. A Narniensium civitate octavo fere milliario, sextae feriae die Liutprandus rex Zachariam papam suscipit et ad basilicam b. Valentini sitam in Interamnensium urbe perducit. Lib. pont. ed. Vign. II, 63.
- Ante Sept. 1. Interamnae in eccl. b. Petri Liutprandus rex Zachariae papae petenti sabbato die quatuor civitates, Ameriam, Hortas, Polimartium, Bleram reddidit; 'quas et per donationem firmavit. Sabinense quoque patrimonium, Narniense etiam et Auximanum, necnon Anconitanum atque Numanatem et vallem quae vocatur Magna, sitam in territorio Sutrinum, per donationis titulum b. Petro reddidit, et pacem cum ducatu Romano ipse rex in viginti confirmavit annos' et omnes captivos missis litteris tam in Tusciam suam quamque trans Padum redonavit. Lib. pont. II, 64. 136
- Interamnae in eccl. S. Petri Liutprandus rex ordinationi Consinensis episcopi a Zacharia papa, ipso rege rogante, factae interest. Postea cum Zacharia papa prandit. L. p. l. l.
- Interamnae Liutprandus rex Zachariae papae vale faciens, Agiprandum ducem Clusinum alios in eius obsequium mittit. L. p. l. l.